



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Norbertus Ep. 6. Iunii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

356 VITÆ SANCTORUM. 6. Iunii.  
quàm *Bonifaciana* audiat: olim Sacerdotes aureos cum ligneis calicibus fuisse; nunc aureos esse calices, sed ligneos Sacerdotes. *Ex vitâ apud Nicol. Serrar.*

*Nemo in Ecclesiâ amplius nocet, quàm qui perversè agens nomen vel ordinem sanctitatis vel Sacerdotis habet; delinquentem namque hunc redarguere nemo presumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reverentiâ ordinis peccator honoratur. S. Greg. in Pastoral.*

S. NORBERTUS EP. 6. Iunii.

**N**ORBERTUS Dux ejus familiæ, quam Præmonstratensem indignant, summis aulæ Imperatoriæ honoribus perfunctus, cum mundo se abdicasset, suorum progressus atque incrementa ab ipso met *Christo* in cruce pendente est edoctus. Nocentissimam Tanchelini hæresin Antverpiæ tum grassantem, introductâ è suis coloniâ, jugulavit. Archiepiscopus post Parthenopoli, quia in corruptos civitatis mores liberè pro *Deo*, & dicebat, & agebat, multorum in se odia convertit, ut jam essent qui necem ipsi, fociis verò exilium minarentur: sed eorum insidias semper cælum elusit; tamen si NORBERTUS, Serva orem æmulatus, obvius nonnunquam hostibus iverit. *Mariam* cultui se suos-

7. Iunii. VITÆ SANCTORUM. 357

suosque æternum devovit; unde è *Virgini* manu vestem candidam (quã mores suos tota hæc familia etiamnum monstrat,) ab Augustino verò Leges aureis literis exaratas accepisse memoratur. Ita candidatus cùm cælum diu ambivisset, anno demũ CXXXIV. supra M. obtinuit, & in victoriæ signum olivam manu præferre visus est. Nonnemo eundem sub lillii imagine transportari in cælum conspexit. An non gratulari sibi terra tunc potuit, cùm flores habuit, quos in sua rosaria transferre Superi amabant? Sed & nunc tales daret, si non ungue infesto invidus cælo heu! mundus præriperet. *Ex Suvio.*

*Bona mors iusti propter requiem, melior propter novitatem, optima propter securitatem. E contra mors peccatorum pessima: mala in mundi omissione, pejor in carnis separatione, pessima in vermis ignisque contritione. S. Bern. in Epist.*

S. ROBERTUS ABB. 7. Iunii.

ROBERTUM alterum D. Bernardi oculum imitandum proponimus, eã frugalitate virum, ut heluari sibi videretur, si ipsis Paschalibus avenaceum panem bytyrò adipatum gustasset. Genium ergo suum defraudans, intactum pauperibus remisit. Sed debebatur cælo tam delicatum Apophoretum, tantaque virtute conditum. Angelus sub centonibus latitans eo donatus est, argumentis aliis pluribus,

Z 3

ribus,